L'VRANIE

OV MVSE CE-

leste de G. de Saluste Seigneur
du Bartas.

VRANIA

SIVE MVSA

Cœlestis Roberti Ashelei de Gallica
G. Salustij Bartasij delibata.



LONDINI
Excudebat Iohannes Wolfius.
1589.

12


BIBLIOTECA

HENRICO VNTONO
virtutis ac literarum ornamentis equiti *Clarissimo.*



Vm præclaras virtutes tuas (Vntone Clarissime,) singularem humanitatem, morum candorem atque integritatem, oris decorem ac peramabilem venustatem, corporis dotes ac præstantiam,

(*Quæ, si non prosunt singula; iuncta iuuant*)

denique animi spectatam prudentiam, fortitudinem, fidem, constantiam, addo etiam literarum & linguarum notitiam in tali viro penè incredibilem, à natura (vt videri posit) insitam, studio tamen acquisitam; industrijs peregrinationibus auctam & confirmatam; experientia denique, & vsu perfectam, & elaboratam multi prædicarent: Cæpi egomet nostrorum hominum (scriptorum videlicet) socordiã, negligentiam, pigritiam accusare; quòd cum Anglia illustribus ingenijs producendis, & heroicis animis procreandis non defatigetur, illi in ornandis, celebrandis, ac debitis laudibus, encomiis ac trophoeis coronãdis adeò supini sint, ac desidiosi. Fælicem censebat Achillem Alexander, quòd Homerum haberet laudum suarum buccinatorem: fælicem pari ratione Vlissem prædicarem qui eundem Ὀδυσσειῶν scriptorem inuenerit. Quorum alter fortitudine ac corporis robore prestabat, alter prudentia & mentis acumine præpollebat. Vtramque in te virtutem (Eques ornatissime) qui non videat, oculis captus; qui non animaduertat, mente occæcatus; alter sensu, alter intellectu, vterque veritate destitutus: in me verò ne quis vel oculorum argueret cæcitatem, aut mentis caliginem incusaret Cimmerijs tenebris densiorem; non priùs te vidi quàm præclaram istarum in te virtutûm vnionem perspexi: quam cum animaduertissem simul summa venera-

tione sum prosequutus. Siquidem cùm te & vitæ institutum & ordo (quo clares) equestris Marti addicat, ac militaribus munijs deuoueat; quàm sis Mercurio gratus, ac Musarum alumnus, loquuntur bonarum artium ac philosophiæ studia humaniora, loquuntur literarũ ac linguarum causâ, tam lõginquę susceptę peregrinationes, loquuntur de *Legatione* libri tam fauente Mercurio cõcinnati: denique res ipsa loquitur, quotidiani sermones loquuntur. Scientia (vt dici solet) neminem habet inimicum nisi ignorantem; Quo nimis crassa mihi videtur, & contemnenda illorum ignorantia, qui omnem literarum cognitionem Theologorum subsellijs (quamuis & in illis dominetur) circumscribant: nec minùs tamen illorum, vt perniciosa, reijcienda, qui latiorem in quo spatietur campum concedentes, eandem tamen aut Medicorum angustis finibus incluserunt; aut Iuris-prudentum cancellis coarctarunt. Hisce qui limitibus Philosophiam & artium scientiam terminarunt, eius amplitudinem, & vsum ignorarunt: atque idcircô à reliquis pacis artibus, & bellicis negotijs ad Mosis & Pauli mysteria, ad Hippocratis & Galeni placita, & ad Iustiniani decreta amandarunt.

Verùm cùm nulla pars vitæ vacare officio possit, neque domi, neque foris, nec in pace, neque in bello, neque si tecum quid agas, nec si cum alio contrahas: tum nulla pars officij vacare scientia potest, & Philosophia. Hæc per belli, per pacis artes peruagatur, togata, armata, incedit, domi in Aulis, triclinijs, forìs in templis, in foro, rostris, & curijs vbique locum habet, nusquam excluditur.

Cum igitur omnis virtutis laus in actione consistat, nequeo satis illorum deliram ac insulsam ignorantiam perstringere, qui philosophiam a sole (quod aiunt) ac puluere ad scholarum vmbracula reiecerunt: Nequeo te satis laudare, satis admirari (Vntone clarissime) qui vtrùmque effugiens extremum, neque Mercurio soli te addicas, neque Marti totum te emancipes sed; mediam quandam viam es amplexus:

adeó

adeò vt non immeritò è Mineruæ vtero, armatus, vt illa è Iouis cerebro videri poſsis proſiluiſſe. Vis Leonis appellatur; & fraus Vulpeculæ attribuitur; Fortitudo abſque prudentiâ, belluina cenſetur; prudentia ſine fortitudine calliditas eſtimatur: vtriuſque vinculũ eſt recta ratio; qua niſi vinciantur humana prudentia in verſutiam Vulpinam, fortitudo virilis in Leoninam feritatem degenerabit: *alterius ſic,*

Altera poſcit opem res, & coniurat amice.

Inter ceteras verò virtutes tuas nihil mihi magis laudabile videtur, nihil maiori dignum admiratione, quàm in ſumma illa tua munificentia (penè dixeram magnificentia) tam prudens parcimonia, qua prouidè effeciſti vt virtus debito ſuo præmio ac pabulo non defraudata, actiones ſuas alacriùs obeat, ac muneribus ſuis hilariùs defungatur. Siquidem vt eſt apud Poetam:

Haud temerè emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi:

A te verò maturo conſilio, ac iudicio eſt effectum, vt votum illud à Callimacho tantoperè celebratum in te perficeretur.

χαῖρε πάτερ, χαῖρε αὖθι, δίδου δ' ἀρετὴν τ' ἄφενός τε
Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν.
Οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο: δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.

Neque vereor dum hæc dico ne aſſentationis ſuſpicionem apud te incurram: quoniam neque ingenuitatis eſt noſtræ aſſentari, nec candoris veſtri ſuſpicari. Etenim vt ingenuè fatear quod verum eſt, ſic ſum erga heroici iſtius animi virtutes affectus, vt ſtatuerim iamdudùm beneuolentiam tuam aliquo officio demereri: Cùm autem ſentirem quàm exiguum eſſet in me facultatis, ad huiuſmodi viri gratiam conciliandam; volui à primis eſſe proximus, in ſecundis (quod aiunt) aut tertijs conſiſtere (1.) voluntatem iſtam tibi ſignificare. Ea verò quam non ita pridèm Angliæ cum Hiſpania collationem, ſeu viuam ἀντίθεσιν tam affabrè à quo-

dam Gallo inſtitutam, tam ad viuúm expreſſam, in vernaculam noſtram conuerſam (illuſtriſsimo equiti D.G.Hattono ὁμόφιλῳ ſiue ὁμοψύχῳ tuo dicatam) tibi obtuleram, tam benignè eſt à te accepta, vt humanitas illa tua haſce *Vraniæ* noſtræ lucubratiunculas (quas è G. Saluſtij Bertaſij celeberrimi Gallici Poetæ gallicis Oxonij penè puer delibaueram) mihi non inuito extorſerit, & currenti (quod aiunt) calcar addiderit. Peropportunè quidèm (ne qui Caſtorem ſalutauerit Pollucem inſalutatum præteriret) vt hoc leuidenſe munuſculum ſit qualecunque monumentum, & veſtræ inter vos amicitiæ, & noſtræ in vtrumque veſtrûm obſeruantiæ.

Curauimus ipſius Bertaſij Gallicam è regione apponendam, vt verſus verſui quàm appoſitè reſpõdeat videatur, & fides noſtra (quam ſolam in vertendo nobis vendicamus) appareat. Iſtas quantulaſcunque vigilias, tuæ (qui vtriuſque linguæ es peritiſsimus) cenſuræ ſubijcimus, ac tutelæ commendamus. *Vraniam* igitur noſtram, ſeu potiús tuam ab inuidiæ procellis protege, & maleuolorum morſibus tueare: méque vt virtutum tuarûm cultorem dilige.

Dignitati tuæ deuotiſsimus,

Robertus Aſheleius.

In R. Ashelei Vraniam de G.S. Bertasij expressam.

Qualis erat, talem VRANIE inspiramine sacro
BERTASIVM fecit, dium largita furorem,
Fœlicem præsenti instinctum numine vatem:
Te verò ASHLAEI, si non iuuenilibus annis
Hoc æstrum percussit adhuc, vt vera referre
Visa tuis oblata oculis, proprijq; docere
Ingenij concepta ausis molimine tanto:
Nonnihil est tamen, ad magni quòd carmina vatis
Aspirans tua mens, magna eius somnia lato
Ore refert. Non si solum quatit enthea Phœbum
Vis Iouis, hoc minor est Helenus, veracia fati
Decreta augusto quùm plenus Apolline prodit.
Nec si vnum Deus ille semèl furiauit Homerum,
Spernit Iona tamen Graij cortina theatri,
Quùm caueâ mirante ipso inspiratus Homero
Abdita Vlissææ pandit mysteria scenæ.
Non minùs attrahitur ferri graue rodus, ab imo
Quod rapit ipse priùs raptus magnetis amore
Circulus. Et te eadem si non quatit arbitra certæ
Cælorum harmoniæ; magnum tibi quærere nomen
BERTASII furijs actus potes: & tibi partem
Diuini iam nunc animo illuxisse furoris
Indicium hic conatus erit, hæc sancta cupido.
Non priùs ad sanctæ recolenda volumina chartæ
Magnus flammato processit pectore vates,
Quàm vim dîam animo infudit ter sancta Monetæ
Filia; nec tu ipsum potuisses ante poetam
Diligere hoc studio, ni te vis maior ab alto
Flammasset: quod sæcla diu voluentia certò
Agnoscent, magnìque tuos factura labores,
Gnara quod in magnis satis est voluisse periclis.

Iosias Mercerus.

L'VRANIE OV MVSE CELESTE.

IE n'estoy point encor en l'Auril de mon aage,
Qu'vn desir d'affranchir mon renom du trespas
Chagrin, me faisoit perdre, & repos, & repas:
Par le braue proiet de maint sçauant ouurage.
Mais comme vn pelerin, qui sur le tard rencontre
Vn fourchu carrefour, douteux, s'areste court:
Et d'esprit, non des pieds, de çà de là discourt
Par les diuers chemins, que la lune luy monstre.
Parmi tant de sentiers qui, fleuris, se vont rendre
Sur le mont où Phœbus guerdonne les beaux vers,
De l'honneur immortel des lauriers tout-iour verds:
Ie demeuroy confus, ne sçachant lequel prendre.
Tantost i'entreprenoy d'orner la Grecque Scene
D'un vestement Francois: Tantost dun vers plus haut
Hardi, i ensanglantoy le François eschafaut
Des Tyrans d'Ilion, de Thebes, de Micene.
Ie consacroy tantost a l'Aonide bande
L'Histoire de Francois: & ma saincte fureur
(Desmentant à bon droit la trop commune erreur)
Faisoit le Mœin Gaulois, non la Seine Alemande.
Tantost ie desseignoy d'une plume flateuse,
Le los non merité des Rois & grands Seigneurs:
Et, pour me voir bien tost riche d'or, & d'honneurs,
D'vn cœur bas ie rendoy mercenaire ma Muse.
Et tandis ie vouloy chanter le fils volage
De la molle Cipris, & le mal doux-amer
Que les plus beaux esprits souffrent pour trop aimer:
Discours, ou me poussoit ma nature, & mon aage.

VRANIA SIVE MVSA CÆLESTIS.

NOndum florentem, viridémque ætatis Aprilem
Contigeram, ſacro cùm mens mea rapta furore,
Tentandam docet eſſe viam, qua me quoque poſſim
Tollere humo, & poſt fata virûm volitare per ora.
Sed velut obſcurâ dubius cùm nocte viator
Ancipiti ſedet in biuio, ſecúmque volutat,
Vndique diſcurrens per amica ſilentia lunæ,
Quæ potior via ſit: quæ rectâ ducat ad vrbem.
Sic inter varios tractus, flexúſque viarum,
Illius excelſi montis iuga ſumma petentes
Phœbus vbi vates viridi diademate donat;
Quò feror ignoro: mens hâc, nunc auocat illâc.
Nunc Græcam ornabat ſcænam mihi Gallica veſtis:
Nunc (auſus maiora) altum mea Muſa canebat
Ilion, & Thebas, Agamemnoniáſque Mycenas:
Antiquos necnon reges, veteréſque Tyrannos.
Hiſtoriam tandem Francorum, & nobile regnum
Aggreſſus Muſis ſacrâram: rapta furore
Cum mea mens (ſtolidis fugiens quæ parturit error,)
Gallorum eſt Moenus, non Sequana Francica dixit.
Nunc etiam laudes regum, procerúmque ſuperbas
Vilis adulator mellito immurmurat ore;
Ac dum conſpicui fucus titillat honoris,
Mancipium venale fuit mea Muſa profana.
Nunc ſuadet natura, ſimùl cogente iuuenta
Aligeri Veneris pueri crudelia facta,
Et Veneris cantare malum, tam dulce, & amarum;
Quo torquente, animi noctéque diéque premuntur.

Or tandis qu'inconstant ie ne me puis resoudre,
De çà, de la poussé d'un vent ambitieux,
Vne sainte beauté se presente à mes yeux,
Fille, comme ie croy, du grand Dieu lance-foudre.

Sa face est angelique, angelique son geste,
Son discours tout diuin, & tout parfait son corps:
Et sa bouche à neuf-voix imite en ses accords
Le son harmonieux de la dance celeste.

Son chef est honoré d'vne riche couronne
Faite á sept plis, glissans d'un diuers mouuement,
Sur chacun de ses plis se tourne obliquement
Ie ne sçay quel rondeau, qui sur nos chefs raionne:

Le premier est de plomb, & d'estain le deuxiesme,
Le troisiesme d'acier, le quart d'or iaunissant,
Le quint est composé d'electre pallissant,
Le suyuant de Mercure, & d'argent le septiesme.

Son corps est affublé d'vne mante azurée,
Semée haut & bas d'vn million de feux,
Qui d'vn bel art sans art distinctement confus,
Decorent de leurs rais ceste beauté sacrée.

Icy luit le grand Char, icy flambe la Lyre,
Icy la Poussiniere, icy les clairs Bessons,
Icy le Trebuschet, icy les deux Poissons,
Et mille autres brandons que ie ne puis descrire.

Ie suis *(dit elle alors) ceste docte Vranie,*
Qui sur les gonds astrez transporte les humains
Faisant voir a leurs yeux, & toucher á leurs mains,
Ce que la Cour celeste & contemple, & manie.

Quid ſequar in dubio eſt; ſed mens dum pendula nutat
Huc leuis, atq; illuc, momentaq; ſumit vtrôq; :
Ecce oculis diuina meis affulſit imago,
Summi Nata Iouis viſa eſt, qui fulmina torquet.
Angelica eſt illi facies, habituſq; decorus,
Diuinum eloquium, perfectum eſt vndiq; corpus :
Oſque nouem vocum (totidem velut ora fuiſſent,)
Cœlorum effinxit ſonitus motuſq; ſonoros.
Strinxerat auratos ſtellata corona capillos,
Cuius erant varij motus ſeptemplicis orbes,
Hos ſuper obliquo tractu conuerſus in orbem,
Fulgenti ſimilis radiabat Circulus auro.
Ex fuſco eſt primus plumbo, ſtannoq; ſecundus,
Tertius eſt chalybis duri, fulgentis & auri
Quartus, ſed quintus conſtat pallenti electro,
Sextus Mercurio, atque argento ſeptimus albo.
Candida cæruleo velantur corpora peplo,
Hoc mille exornant ignes, flammæque micantes,
Artifici variata manu ; confuſa, ſed arte :
Hæc decorant ſacram radianti lumine formam.
Hic Plauſtrum cœleſte micat, Lyra Thracia fulget
Nautarum hìc Cynoſura, atq; hìc cum Caſtore Pollux :
Hic Libra, hic gemini Piſces ſua ſydera monſtrant :
Hic ſplendent, (qui me fugiunt) mille inſuper ignes.
Sic fatur tandem : *Doctarum* ego prima ſororum
Vranie, quæ conſpicuis venerabilis aſtris,
Mortales ſuper aſtra loco ſublimia, mentes
Mortaleſque animos dijs immortalibus æquans.

Ie quinte-eſſence l'ame : & fay que le Poëte
Se ſurmontant ſoy-meſme, enfonce vn haut diſcours,
Qui, diuin, par l'oreille atire les plus ſours :
Anime les rochers, & les fleuues arrete.

Agreable eſt le ſon de mes doctes Germaines :
Mais leur goſier qui peut terre & ciel enchanter,
Ne me cede pas moins en l'art de bien chanter
Qu'au Roßignol l'Oiſon, les Pies aus Syrenes.

Prén-moi donques pour guide : eleue au Ciel ton âile :
Saluſte, chante-moi du Tout-puiſſant l'honneur :
Et remontant le lut du Ieſſean ſonneur,
Courageus, broſſe aprés la corone eternèle.

Ie ne puis d'vn œil ſec voir mes Sœurs maquereles
Des amoureus François, dont les mignars ecris
Sont pleins de feins ſoupirs, de feins pleurs, de feins cris,
D'impudiques diſcours, & de vaines quereles.

Ie ne puis d'vn œil ſec voir que l'on mette en vente
Nos diuines chanſons : & que d'vn flateur vers,
Pour gaigner la faueur des Princes plus peruers,
Vn Commode, vn Neron, vn Caligule on vante.

Mais ſur tout, ie ne puis ſans ſouſpirs & ſans larmes
Voir les vers emploiés contre l'autheur des vers
Ie ne puis voir batu le Roi de l'vniuers
De ſes propres ſoldats, & de ſes propres armes.

L'home a les yeus ſillés de nuicts Cimmeriennes :
Et s'il a quelque bien, tant peu ſoit precieus,
Par differentes mains il l'a receu des Cieus :
Mais Dieu ſeul nous apprend les chanſons Delphiennes.

Humana

Humana ex anima diuinæ particulam auræ
Extraho, qua ſemet ceu Phœbus vincat Apollo;
Oblectet cantu ſurdos, horrentia ſaxa
Cantu permoueat, vel carmine flumina ſiſtat.
Concinnus cantus, doctarum blanda ſororum
Carmina, queis terram, cœlum, quo ſydera mulcent:
Sed mihi cantandi tam cedunt arte ſorores,
Syreni quam Pica loquax, Anſer Philomelæ.
Me duce perge: alas *Saluſti* ad ſydera tolle,
Æterni ſacro moduleris carmine laudes.
Ieſſæíque ſenis cytharam complexus eburnam,
Æternam intrepidus capiti ſpondeto coronam.
Heu pudet, at madidis quoties contemplor ocellis
Francorum lœnas, ſacras, caſtáſque ſorores?
Quorum ſcripta leues gemitus, ſuſpiria falſa,
Clamores ficti, turpes vanæque querelæ.
Prôh pudor; irriguis quoties contemplor ocellis
Vænales hymnos noſtros, venalia ſacra
Carmina, queis regum ſibi conciliare fauorem,
Caligulæ infandi cupiunt, rigidíue Neronis?
Sed pudet, heu pudet: hoc ſiccis tueatur ocellis
Quis niſi dura ſilex; cum carmine carminis author
Læditur, & proprio cœli rex tunditur enſe?
Militibus proprijs ſummi fabricator Olympi?
Cimmerijs tenebris mortalia pectora cæca,
Cœci animi: inque animo ſi quid pretioſius illis
Hoc celſo varijs medijs deſcendit Olympo:
Solus Mæonios cantus donauit Apollo.

Tout art s'apprend par art ; la seule Poesie
Est vn pur don celeste ; & nul ne peut gouster
Le miel, que nous faisons de Pinde degoutter
S'il n'a d'vn sacre feu la poitrine saisie.

De ceste source vient, que maints grands personnages
Consommez en sçauoir, voire en prose diserts,
Se trauaillent en vain a composer des vers :
Et qu'vn ieune apprenti fait de plus beaux ouurages.

De lá vient que iadis le chantre Meonide
Combien que mendiant, & sans maistre, & sans yeux,
A vaincu par ses vers les nouueaux & les vieux,
Chantant si bien Vlisse, & le preux Aeacide.

De la vient qu'vn Nason ne peut parler en prose,
De la vient que Dauid mes chants si tost aprit,
De pasteur fait Poete ; & que maint ieune esprit
Ne sçachāt point nostre art, suiuant nostre art cōpose.

Recherche nuict & iour les ondes Castalides :
Regrimpe nuict & iour contre le roc Besson ;
Sois disciple d'Homere, & du Sainct nourisson
D'Ande, l'heureux seiour des vierges Pierides.

Lis tant que tu voudras, volume apres volume,
Les liures de Pergame, & de la grande cité,
Qui du nom d'Alexandre a son nom emprunté :
Exerce incessamment, & ta langue, & ta plume.

Ioin tant que tu voudras, pour vn carme bien faire
L'obscure nuict au iour, & le iour a la nuict,
Si ne pourras tu point cueillir vn digne fruit
D'vn si fascheux trauail, si Pallas t'est contraire.

Ars ex arte fluit quæuis : at sola Poësis
Ætherei sacra cæli descendit ab arce.
Nec quisquam gustare potest quod vertice Pindi
Distillat mulsum, sacro quin ardeat igne.
Hinc est quod sacro queis non perfusa liquore
Mens, licet ingenuas vitam coluere per artes,
In cassum tentant sacrum contexere carmen :
Et sæpe a teneris vetuli superantur alumnis.
Hinc & Mæonides quamuis mendicus Homerus
Atque oculis captus, nullo præeunte magistro,
Carmine sublimi superat veteresque, nouosque,
Dum Laertiadem, dum clarum cantat Achillem.
Hinc facile in modulos agiles, & lactea verba
Sponte fluunt Nasonis : & hinc Iesseia proles
E sacer agresti factus pastore poëta.
Hinc ex arte facit qui nunquam doctus ab arte.
Castalios quæras fontes noctesque diesque,
Gorgoneumque iugum scandas noctesque diesque,
Conditor Iliados tibi pernoscatur ad vnguem,
Andinique etiam sublimis Musa Maronis :
Antiquæ voluas spatiosa volumina Troiæ,
Scripta Paretoniæ percurras sedulus vrbis :
Asiduò calamum, linguam exerceto disertam :
Nulla tibi requies fuerit, nec meta laborum.
Noctibus adde dies, iungas noctesque diebus,
Vt pulchrum excudas, tenerum, comptumque poema ;
Præmia quis tanti posit sperare laboris
Annuat inceptis facilis nisi Diua Minerua ?

Car du tout hors de l'hôme il faut que l'home sorte
S'il veut faire des vers qui facent teste aus ans.
Il faut qu'entre nos mains il sequestre ses sens:
Il faut qu'vn saint ecstase au plus haut ciel l'emporte.
D'autant que tout ainsi que la fureur humaine
Rend l'home moins qu'humain; la diuine fureur
Rend l'home plus grand qu'home: & d'vne sainte erreur
Sur le ciel porte-feus à son gré le promene.
C'est d'vn si sacré lieu que les diuins Poëtes
Nous aportent ça bas de si doctes propos,
Et des vers non suiets au pouuoir d'Atropos
Truchemens de Nature, & du Ciel interpretes.
Les vrais Poetes sont tels que la Cornemuse,
Qui pleine de vent sonne, & vuide perd le son:
Car leur fureur durant, dure aussi leur chanson:
Et si la fureur cesse, aussi cesse leur Muse.
Puis donques que les vers ont au Ciel pris naissance,
Esprits vraiment diuins aurés-vous bien le cœur
De prononcer vn vers & prophane & moqueur
Contre cil qui conduit des cieus astrés la danse?
Seres vous tant ingrats, que de rendre vos plumes
Ministres de la chair, & serues de peché?
Tout-iour donques sera votre style empesché
A remplir, mensongers, de songes vos volumes?
Ferés vous ô trompeurs, tou-iour d'vn Diable vn Ange?
Fendrés-vous tou-iour l'air de vos amoureus cris?
He, n'orrât-on iamais dans vos doctes ecris
Retentir haut & clair du grand Dieu la louange?

Nam qui victuros per plurima sæcula versus
Aggreditur, sese totum sibi tollat oportet :
Humanos sensus procul à sese abdicet omnes,
In cœlum rapido veluti correptus ab æstro.
Nam veluti humano mens quæ sit rapta furore
Vilior est reliquis : sacro sic percitus æstro
Altior est multô reliquis : Namque ardua summi
Illum flammigeri portabit machina cœli.
Inde sacri vates diuinum hausere liquorem,
Qui sacros versus, qui dîa poëmata fundunt,
Quæ cœli sensum, & naturæ arcana recludunt :
Quæ nec tempus edax, poterituè abolere vetustas.
Persimilis ratio est vtris; verisque poetæ;
Plenus vter venti resonat, vacuúsque quiescit :
Et canit, atque furit, vates dum percitus æstro;
Sed silet, atque tacet vates cessante furore.
Anne igitur cœlo cùm sint deducta beato
Carmina, qui æthereis ortum se prædicat astris
Astrigerum poterit cœlum, simul astripotentem
Versibus & satyris dominum temerare profanis ?
Sempérne ingrati Musam reddetis alumnam
Peccati, carnísque, voluptatúmque ministram ?
Somnia num semper vobis tam vana placebunt ?
Vestraque bullatis turgescet pagina nugis ?
Sempérne ô cæci coruum dicetis olorem ?
Et semper querulo ferietis sydera planctu ?
Nunquámne in vestris scriptis, doctisque libellis
Æterni cernam laudes, & sancta trophæa ?

Ne vous suffit il pas de sentir dans vostre ame
Le Ciprien brandon, sans que plus effrontez
Qu'vne Lays publique, encor vous euentez
Par le monde abusé vostre impudique flamme?
Ne vous suffit il pas de croupir en delices,
Sans que vous corrompiez, par vos nombres charmeurs
Du lecteur indiscret les peu-constantes mœurs
Luy faisant embrasser pour les vertus les vices?
Les tons, nombres, & chants, dont se fait l'harmonye,
Qui rend le vers si beau, ont sur nous tel pouuoir,
Que les plus durs Catons ils peuuent esmouuoir,
Agitant nos esprits d'vne douce manie.
Ainsi que le cachet dedans la cire forme
Presque vn autre cachet, le Poëte sçauant,
Va si bien dans nos cœurs ses passions grauant,
Que presque l'auditeur en l'auteur se transforme.
Car la force des vers, qui secrettement glisse
Par des secrets conduits dans nos entendemens
Y empreint tous les bons & mauuais mouuemens,
Qui sont representez par vn docte artifice.
Et c'est pourquoy Platon hors de sa Republique
Chassoit les escriuains, qui souloient par leurs vers
Rendre meschans les bons, plus peruers les peruers,
Sapans par leurs beaux mots l'honnesteté publique.
Non ceux qui dans leurs chants marioient les beaux termes
Auec les beaux suiets, auoient entonné le los
Du iuste foudroyant, & ses saints propos,
Seruans aux desuoyez & de guides & d'Hermes.

Haud ſatis eſt tectis ignem ſentire medullis?
Haud ſatis eſt auida torreri viſcera flamma?
Ni velut abiecto meretrix effræna pudore
Ignaro obſcænos vulgo pingatis amores?
Haud ſatis eſt vobis blandis vixiſſe ſupinos
Delicijs, animos hominum niſi recta ſequentes,
Ignaros rerum, turpes doceatis amores?
Virtutem vt credant vitioſi pectoris æſtum?
Dulciſoni moduli, numeris fluitantia verba,
Concinni verſus, tantas in pectora vires
Exercent, rigidos vt ſint motura Catones:
Et noſtra accendant flagranti corda furore.
Nam cera vt mollis duro ſignata ſigillo
Alterius formam retinet, ſignumque ſigilli;
Sic animis teneris ſeſe inſinuante poeta
Qui legit, is neſcit lector fueritue poëta.
Carminibus vis mira ſubeſt, cordíſque receſſus,
Et ſenſus penetrat, gracili non viſa meatu:
Affectúſque ſuos, prauóſque bonóſque figurat
Cordibus in noſtris quos ſpectabamus in illis.
Hinc magni quondam reſpublica dîa Platonis
E ſeſe obſcænos pellebat iure poetas:
Quod maculent rectos vitioſa poemata mores;
Et blandis verbis langueſcat publica virtus.
Non illos pulchris qui rebus verba diſerta
Aptabant, grandi quorum alter fulminat ore
Ætherei, iuſtas (vibrat qui fulmina) laudes:
Alter vt errantes ducit ter maximus Hermes.

Profanes escriuains, vostre impudique rime
Est cause, que l'on met nos chantres mieux-disans
Au rang des basteleurs, des boufons, des plaisans:
Et qu'encore moins qu'eux le peuple les estime.
Vous faites de Clion vne Thais impure:
D'Helicon vn bordeau: vous faites impudens,
Par vos lascifs discours, que les peres prudens
Deffendent à leurs fils des carmes la lecture.
Mais si foulans aux pieds la deité volage,
Qui blece de ses traits vos idolatres cœurs,
Vous vouliez emploier vos plus sainctes fureurs
A faire voir en France vn sacré-sainct ouurage:
Chacun vous priseroit, comme estans secretaires
Et ministres sacrez du Roy de l'vniuers.
Chacun reuereroit comme oracles vos vers:
Et les grands commettroient en vos mains leurs affaires.
La liaison des vers fut iadis inuentée,
Seulement pour traiter les mysteres sacrez
Auec plus de respect: & de long temps apres
Par les carmes ne fut autre chose chantée.
Ainsi mon grand Dauid sur la corde tremblante
De son luth tout-diuin ne sonne rien que Dieu:
Ainsi le conducteur de l'exercite Hebrieu,
Sauué des rouges flots, de los du grand Dieu chante.
Ainsi Iudith, Delbore, au milieu des gens d'armes,
Ainsi Iob, Ieremie, accablez de douleurs,
D'vn carme bigarré de cent mille couleurs
Descriuoient saintement leurs ioyes, & leurs larmes.

Vestra, parum casti scriptores, metra profana
Efficiunt, cultos vt vulgus vile poëtas
Insulsos dicant mimos, scurrásque loquaces:
Vilius aut siquid censet miserabile vulgus.
Prostibulum vobis Musa est Pimplæa profanum,
Pieriúsque Helicon, spurcum, obscœnúmque lupanar.
Vestra igitur meritò tam putida scripta perosi,
Qui sapiunt, charis natis vetuere legenda.
At si temnatur vobis puer ille Cupido,
(Mollia qui leuibus violauit pectora telis)
Vestráque diuino spirent pia corda furore
Diuinum vt quiddam miretur Gallia vestra,
Laudabunt omnes passim, sacrósque vocabunt
Ætherei regis vates & sacra canentes:
Magnates vestræ mandabunt seria curæ,
Et cedent vestris oracula Delphica dictis.
Carmina ab antiquis cùm primùm inuenta fuere,
Hic finis fuerat, maiori vt mystica sacra
Harmoniâ, dulci modulo cantata sonarent.
Hic mos in multos durauit candidus annos.
Sic laudes quondam Dauid, Iesseia propago,
Ætherei solas plectro resonauit eburno.
Sic olim Isacidûm præfectus in agmine Moses
Cantat Erythræo diuinum in littore carmen.
Delbora sic: Mediisque armis Iudæa virago:
Sic Iob: sic tristes inter gemitus Ieremias,
Carmina, per casus (domino feriente) sinistros
Tristia dum tristes, dum læti læta canebant.

Voyla pourquoy Satan, qui fin se transfigure
En Ange de clarté pour nous ensorceler,
Ses prestres & ses dieux faisoit iadis parler,
Non d'vn libre language, ains par nombre & mesure.
Ainsi sous Apollon la folle Phœmonoe
En hexametres vers ses oracles chantoit:
Et, par douteux propos, cauteleuse affrontoit
Non le Grec seulement, ains l'Ibere, & l'Eoe.
Ainsi l'antique voix en Dodone adorée,
Aesculape, & Ammon en vers prophetizoient,
Les Sibylles en vers le futur predisoient.
Et les prestres prioient en oraison nombrée.
Ainsi Line, Hesiode, & celuy dont la lyre
Oreilloit, comme on dit, les rocs, & les forests,
Oserent autrefois les plus diuins secrets
De leur profond sçauoir en doctes vers escrire.
Vouz qui tant desirez vos fronts de laurier ceindre,
Ou pourriez vous trouuer vn champ plus spacieux,
Que le los de celuy qui tient le frein des cieux,
Qui fait trembler les monts, qui fait l'Erebe craindre?
Ce suiet est de vray la Corne d'abondance,
C'est vn grand magazin riche en discours faconds,
C'est vn grand Ocean, qui n'a riue ny fonds,
Vn surion immortel de diuine eloquence.
L'humble suiet ne peut qu'humble discours produire,
Mais le graue suiet de soymesme produit,
Graues & masles mots: de soymesmes il luit,
Et fait le sainct honneur de son chantre reluire.

Inde eſt quod toruus fallàxque in ſæcula Dæmon
(Qui placido, vt fallat, fulgentíque emicat ore)
Diuos conſuerat, ſacros rerúmque miniſtros
Per certos numeros, non verba ſoluta docere.
Sic à Phœmonoe quondam ſub Apolline diro
Hexametro verſu cantata oracula Phœbi:
Perplexas quorum ambages, & callida verba
Damnoſa experti tum Græcus, Eôus, Iberus.
Sic vox antiqua in Dodôna culta feraci
Carmine: Phœbeius vates, & corniger Ammon
Carmine reſponſant: veteris commenta Sybillæ
Carmina ſunt; numeríſque cadunt tua vota Sacerdos.
Sic Linus, Aſcræúſque ſenex, & Thracius Orpheus
(Qui ſyluas, & ſaxa lyra traxiſſe canora
Dicitur) aureolo ſunt auſi carmine ſacræ
Myſtica ſacra ſuæ tractare fideliter artis.
Vos qui Pierio gaudetis tempora lauro
Cingere: ſcribendi campus num largior vllus,
Quam laus cælorum regis qui flectit habenas;
Qui ſolet & montes, imúmque Acheronta mouere?
Iſta quidem larga eſt, & pleno copia cornu
Materies, gaza eſt rebus verbíſque diſerta:
Oceano immenſo ſimilis, fundóque carenti,
Et fonti viuo, vnde fluit facundia præſtans.
Res humilis grauibus non eſt ornanda cothurnis,
Sed graue ſubiectum, res grandis grandia verba
Ex ſe producit, radianti & luce refulgens
Cedit in eximium tanti cantoris honorem.

Or donc si vous voulez apres vos ceindres viure,
N'imitez Erostrat, qui pour viure, brusla
Le temple Ephesien: ou celuy qui moula
Pour estendre son nom, vn cruel veau de culure.
Ne vueillez employer vostre rare artifice
A chanter la Ciprine, & son fils emplumé:
Car il vaut beaucoup mieux n'estre point renommé
Que se voir renommé pour raison de son vice.
Vierges sont les neuf sæurs qui dancent sur Parnasse,
Vierge vostre Pallas: & vierge ce beau corps
Qu'vn fleuue vit changer sur les humides bords,
En l'arbre tout-iour vert, qui vos cheueux enlace.
Consacrez moy plustost ceste rare eloquence
A chanter hautement les miracles compris
Dans le sacré fueillet: & de vos beaux esprits
Verses là, mes amis, toute la quinte-essence.
Que Christ comme homme-Dieu, soit la croupe iumelle
Sur qui vous sommeillez. Que pour cheual ailé
L'Esprit du Trois-fois grand, d'vn blanc pigeon voilé
Vous face ruisseler vne source immortelle.
Tout ouurage excellent la memoire eternize
De ceux qui tant soit peu trauaillent apres luy:
Le Mausolée a fait viure iu' qu'auiourd'huy
Timothée, Briace, & Scope, & Artemise.
Hiram seroit sans nom, sans la sainte aßistance
Qu'il fit au bastiment du temple d'Israel.
Et sans l'Arche de Dieu l'Hebrieu Beseleel
Seroit enseueli sous eternelle silence.

Iam ſi quis cupiat fieri poſt fata ſuperſtes,
Ne fieri cupiat, velut olim Heroſtratus, Heros;
(Qui templum incendit, cupiens volitare per ora)
Vtque olim infælix tauri fabricator aheni.
Nec Veneris cantate faces: ſed carmina veſtra
Deſpiciant Veneres: puerique volatilis arcus.
Nam longum præſtat ſemper latuiſſe per æuum,
Quàm ſceleris vitiíque reum volitare per ora.
Virgineo gaudent Parnaſſo in monte ſorores
Nomine, ſic Pallas, necnon Peneia Daphne,
Quæ ſubitò mutata patris ſpectantibus vndis,
In viridem, redimit, vobis qui tempora laurum.
Sacratam hûc potius veſtram conuertite Muſam,
Vt ſacro vobis dictet miracula verſu
Pagina quæ narrat ſacrata: hîc ingeniorum
Diuinum eſt quicquid veſtrûm profundite totum.
Chriſtus homo atque deus, vobis pro monte Bicolli
Dicatur, vigiles ſomno qui claudit ocellos.
Pegaſus alatus vobis, alata columba
Spiritus æterni patris qui corda gubernat.
Omne opus egregium (parua inſumatur opella)
Cedit in æternum tanti factoris honorem.
Æternùm viuunt per Mauſolæa ſepulchra
Timotheus, Scopáſque, Bryax, Mauſolea coniux.
Artificis clari iacuiſſet nomen Hirami,
Ni ſacra ſtruxiſſet ſacri faſtigia templi.
Ni foret arca Dei tanti res mira laboris,
Bezaleel noſtro nomen latuiſſet in æuo.

Et puis que la beauté de ces rares ouurages
Fait viure apres la mort tous ceux qui les ont faits
Combien qu'auec le temps les plus seurs soient deffaits:
Par rauines, par feux, par guerres, par orages.
Pensez, ie vous suppli, combien sera plus belle
La louange, qu'heureux, ça bas vous acquerrez,
Lors que dans vos saints vers, Dieu seul vous chanterez;
Puis qu'vn nom immortel vient de chose immortelle.
Ie sçay que vous direz que les antiques fables
Sont l'ame de vos chants, que ces contes diuers
L'vn de l'autre naissans, peuuent rendre vos vers
Beaucoup plus que l'histoire au vulgaire admirables.
Mais où peut on trouuer choses plus merueilleuses
Que celles de la foy? hé; quel autre argument
Auec plus de tesmoins nostre raison desment?
Qui rabat plus l'orgueil des ames curieuses?
I'aymeroy mieux chanter la tour Assirienne,
Que les trois monts Gregeois l'vn dessus l'autre entez
Pour dethrosner du ciel les dieux espouuantez:
Et l'onde de Noé, que la Deucalienne.
I'aymeroy mieux chanter le changement subite
Du Monarque d'Assur, que de l'Arcadien,
Et le viure second du saint Bethanien,
Que le recolement des membres d'Hippolite.
L'vn de plaire au lecteur tant seulement se mesle,
Et l'autre seulement tasche de profiter:
Mais seul celuy-la peut le laurier meriter,
Qui, sage, le profit auec le plaisir mesle.

Hæc igitur cùm rara orbis miracula noſtri,
Authorum reſonent nomen, famámque ſuorum :
Hæc tamen & rapuit cuncta inuidioſa vetuſtas,
Flamma vorax, bellum, tempeſtas, præda, rapina.
Huc igitur veſtras paulatim aduertite mentes,
Quanto laus vobis fuerit præſtantior illa,
Cùm deus à vobis ſolus celebrabitur almus ?
Laus æterna manet, cùm res æterna manebit.
At ſcio dicturos quoſdam, (ſed quos tenet error)
Fabula ſi deſit, langueſcit amabile carmen :
Ex bella exurgat fabella fabula bella,
Gratior eſt populo, quàm ſi quis geſta loquatur.
Sed mihi quis maiora refert miracula, quàm quæ
Relligioſa fides ? meliúſne an teſtibus vllus
Inſimulat falſi ratio quæ callida dictat ?
Debellátue animos tumidos mentéſquè ſuperbas ?
Malo te Aſſyriam ſcanſuram nubila turrim,
Quam canere ingenti ſubiectum Pelion Oſſæ;
E cœlo vt poſsint Diuos turbare Gigantes :
Et Nohæ cantare vndas, quàm Deucaliônis.
Malo te Aſſyrij ſubitò mutata tyranni,
Quàm truculenta feri cantare Lycaonis ora.
Lazarus à Chriſto mallem reuocatus ab orco
Cantetur, quàm qui ficta mediante Diana.
Lectori vt ſolùm proſit ſe accommodat ille,
Lectori vt ſolùm placeat, ſe accommodat iſte :
Omne tulit punctum, cingendus tempora lauro,
Qui placet, & prodeſt : *qui miſcuit vtile dulci.*

Les plus beaux promenoirs sont pres de la marine,
Et le nager plus seur pres des riuages verds:
Et le sage Escriuain n'esloigne dans ses vers
Le sçauoir du plaisir, le ieu de la doctrine.
Vous tiendrez donc ce rang en chantant choses telles:
Car enseignans autruy, vous mesmes apprendrez
La reigle de bien viure: & bien-heureux, rendrez
Autant que leurs suiets, vos chansons immortelles.
Laissez moy donc à part ces fables surannees:
Mes amis, laissez moy cest insolent Archer,
Qui les cœurs otieux peut seulement brescher,
Et plus ne soyent par vous les Muses profanees
Mais las; en vain ie crie, en vain, las; ie m'enroue
Car l'vn, pour ne se voir conuaincu par mon chant,
Va comme vn fin aspic, son oreille bouchant:
L'autre Epicurien, de mes discours se ioue.
L'autre pour quelque temps se range en mon eschole,
Mais le monde enchanteur soudain le me soustrait,
Et ce discours sacré, qui les seuls bons attrait,
Entre par vne aureille, & par l'autre s'envolle.
Las; ie n'en voy pas vn qui ses deux yeux dessille
Du bandeau de Venus, & d'vn profane fiel,
De ses carmes dorez ne corrompe le miel:
Bien que de bons esprits nostre France fourmille.
Mais toy, mon cher mignon, que la Neufuaine saincte,
Qui de Pegase boit le surion perennel,
Fit le sacré sonneur du los de l'Eternel,
Mesme auant que de toy ta mere fust enceinte.

Grata loci facies vbi fluctus littora pulsant;
Et prope florentes est tuta natatio ripas:
Et caput est merito lauro Parnasside vinctus,
Vtile qui dulci, qui miscet seria ludo.
Talia cantantes fructus vos inde sequetur
Permagnus: nam vos alios dum recta docetis,
Viuere discetis rectè: fuerit quoque vestra
Scriptorum veluti subiectum, fama perennis.
Antiquas igitur fabellas ponite fictas,
Spernite vesani lasciua cupidinis arma;
Qui solùm lædit molles, & vexat inertes:
Vos sacras rebus Musas prohibete profanis,
Sed frustrà memet rauco clamore fatigo,
Alloquor & frustrà surdos: namque alter vt Aspis,
Aut Coluber surdas obturat callidus aures:
Alter vt impurus ridet mea dicta Epicurus.
Hic tamen ad tempus forsan mea dicta tenebit,
Sed tandem in stultum demersus lumine mundum;
Oblitúsque mei, me deserit: & mea dicta,
Vt quæ rimosa malè deponuntur in aure.
Heu pudet, at nullum video, cupióque videre
Qui cæcum cupiat Veneris depellere tegmen,
Aut qui mellitos versus, non felle profano
Misceat: ingenijs cùm Gallia diues abundet.
At tu Pegaseæ quem lactauere sorores,
Et quem sacrârunt, (ô tu mea cura) sorores,
Præconem æterni laudum, sacrúmque poëtam
Antea quàm grauido mater te ferret in aluo.

Bien que cest argument semble vne maigre lande,
Que les meilleurs esprits ont en friche laissé,
Ne sois pour l'auenir de ce trauail lassé:
Car plus la gloire est rare, & tant plus elle est grande.
Saluste, ne perds cœur, si tu vois que l'Enuie
Aille abbayant, maligne, apres ton los naissant:
Ne crain que sous ses pieds elle aille tapissant
Les vers que tu feras, comme indignes de vie.
Ce monstre blece-honneur resemble la Mastine
Qui iappe contre ceux qui sont nouueau venus,
Pardonnant toutes-fois à ceux qui sont cognus,
Curtoise enuers ceux-cy, enuers ceux-là mutine.
Ce monstre semble encor vne fameuse nuë,
Que le naissant Vulcan presse de toutes pars,
Pour noire, l'estouffer de ses ondeux brouillars:
Mais où plus ce feu croist, plus elle diminue.
Sui donc (mon cher souci) ce chemin non fraiable,
Que par ceux, que le ciel, liberal, veut benir.
Et ie iure qu'en brief ie te feray tenir
Entre les bons esprits quelque rang honorable.
C'EST par ce beau discours que la Muse celeste
Tenant vne couronne en sa pucelle main,
Attire à soy mon cœur d'vn transport plus qu'humain,
Tant bien à ses doux mots elle adiouste vn doux geste.
Depuis, ce seul amour dans mes veines bouillonne:
Depuis, ce seul vent souffle és toiles de ma nef,
Bien-heureux si ie puis non poser sur mon chef,
Ains du doigt seulement toucher ceste couronne

FINIS.

Hæc alijs fuerit ſterilis licet inſtar agelli
Materies, nullus coluit quem doctus arator;
Te tamen haud pigeat vigiles tolerare labores:
Gloria quæ rara eſt, tanto eſt præſtantior omnis.
Ne time *Saluſti* cernas ſi forte latrantem
Inuidiam eximiæ naſcenti obſiſtere laudi.
Ne time nè pedibus conculcet carmina ſacra
Quæ facies, veluti lucem non digna tueri.
Inuidiæ trucibus monſtrum eſt affine Moloſsis,
Qui nouus aduenia, ſi quiſquam, in limine latrant,
Ignoſcunt quiſquam ſi notus limina pulſat:
Illa etiam notis fauet, ignotóſque remordet.
Inuidia eſt etiam nymboſi turbinis inſtar,
Vndique Vulcano naſcenti dira minantis;
Quem premit horriſonis ſemper ſtillantibus vndis:
Vulcani at maior, minor eſt & turbinis ardor.
Hanc igitur (mea cura) viam mihi crede, ſequaris
Intrepidus, nulli caſto, ſanctóque timendam:
Téque breui, iuro, (pergas modò tramite recto)
Inter honoratos dignabor habere poetas.
SED dum *Cæleſtis* mihi talia *Muſa* ſuſurrat,
Virgineáque manu nitidam tenet alma coronam;
Luminibus motis aptè, geſtúque venuſto,
Enthea diuino præcordia concutit œſtro.
Nunc igitur ſacro flagrant mea corda furore,
Nunc etiam ſacro ſpirant mea carbaſa vento,
Vt ſi non poſsim capiti impoſuiſſe coronam,
Fœlix, ſi poſsim digito tetigiſſe coronam.

FINIS.